Tab. ℶ.

Numerus Complexionum			Numerus Rerum
1	ab	c	3
2	ab	d	
3	ac	d	
4	bc	d	4
5	ab	e	
6	ac	e	
7	ad	e	
8	bc	e	
9	bd	e	
10	cd	e	5

Adjiciemus hic *Theoremata* quorum τὸ ὅτι ex ipsa tabula ℵ manifestum est, τὸ διότι ex tabulæ fundamento: 1. si Exponens est major Numero, Complexio est 0. 2. si æqualis, ea est 1. 3. si Exponens est Numero unitate minor, complexio & Numerus sunt idem. 4. Generaliter: Exponentes duo in quos numerus bisecari potest, seu qui sibi invicem complemento sunt ad numerum easdem de illo numero habent complexiones. Nam cum in minimis exponentibus 1. & 2. in quos bisecatur numerus 3, id verum sit quasi casu, per tab. ℵ & verò cæteri ex eorum additione oriantur per solut. probl. 1. si æqualibus (3. & 3.) addas æqualia (superius 1. & inferius 1.) producta erunt æqualia (3. † 1. f. 4. ⊓ 4.) & idem eveniet in cæteris necessitate. 5. si numerus est impar dantur in medio duæ complexiones sibi proximæ æquales; sin par, id non evenit. Nam numerus impar bisecari potest in duos exponentes proximos unitate distantes; v.g. 1. † 2. f. 3. par verò non potest. Sed proximi in quos bisecari par potest sunt iidem quia igitur in duos exponentes impar numerus bisecari potest, hinc duas habet Complexiones *æquales* per th. 4. quia illi unitate distant, *proximas*. 6. Complexiones crescunt usque ad exponentem numero ipsi dimidium aut duos dimidios proximos, inde iterum decrescuut. 7. Omnes numeri primi metiuntur suas complexiones *particulari* (seu doto exponente) 8. Omnes Complexiones simpliciter, sunt numeri impares.

bis hieher gehet die Dissertatio de complexionibg

7 Restat hujus Problematis altera pars quasi specialis:
„ dato numero (A) comznationes (B) invenire. Solutio: du-
„ catur numerus in proximè minorem facti dimidium erit quæ-
„ situm, A ⌒ A − 1., ◡ 2. ⊓ B. Esto v. g. Numerus 6. ⌒ 5.
„ f. 30. ◡ 2. f. 15. Ratio Solutionis: esto Tab. ℶ in qua enumeran-

tur